

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 1: De personarum uarietate Caput 1: De Deo (9)

Augustinus in epistola:

Deus ubique praesens est, et
ubique totus praesens, nec tamen ubique
habitans, sed in templo suo.

Capitur autem habitans
ab aliis plus, ab aliis minus.

deus igitur, qui ubique praesens est et
ubique totus praesens, nec ubique
habitans sed in templo suo,
cui per gratiam benignus est et propitius;
capitur autem habitans
ab aliis amplius ab aliis minus.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*,
187.13 (CSEL 57, A. Goldbacher ed.,
p.116, ll.4-8).